

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Lucas Bacmeister Andreas Hojer

**Quaestiones Aliquot Illustriores De Vocatione Et Dimissione Ministrorum
Ecclesiae, Decade Comprehensa: Et ad disputationem publicam**

Rostochii: Pedanus, 1613

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn737662360>

Druck Freier  Zugang



Vat.: A. Hoierius
L. Bacmeister.
R. U. theol. 1613.

QUESTIONES ALIQUOT ILLUSTRIORES
DE
VOCATIONE ET
DIMISSIONE MINISTRO-
RUM ECCLESIAE, DECADE
COMPREHENSÆ:

*Et ad disputationem publicam in Academia
Rostochiensi proposita: de quibus*

P R A E S I D E

L U C A BACMEISTERO,
S. Theologiae Doctore & Professore publico,
jamq[ue] Gustrovensis diocesenos Superin-
tendente,

R E S P O N D E B I T

M. ANDREAS HOIERUS
Uidomensis Pomeranus.

Die 5. Junij horis matutinis in auditorio Majori.



ROSTOCHII

*Typis Joachimi Pedani, Anno 1613.
15.*

ANNO MDCCLXV
REVERENDIS, EXCELLENTISSIMIS ET
CLARISSIMIS VIRIS,

DN. PAULO TARNOVIO
REVERENDÆ FACULTATIS,
Theolog. Spectabili Seniori,

DN. EILHARDO LUBINO:
S.S. THEOLOGIÆ DOCTORIBUS, ET
Professoribus publicis in Illustrissimorum Principum
Megapolitanorum Academia
celeberrimâ,

UT ET

Eximio & Clarissimo Philosopho,

DN. M. JOHANNI SLEKERO
IBIDEM PROFESSORI PHTSICES
acutissimo, & S.S. Theologiæ Candidato
meritissimo.

Dominis Preceptoribus & Promotori-
bus aeternum colendis



Offero & inscribo observantiae
debitæ causâ

M. Andreas Hojerus
Resp.

THESES THEOLOGICÆ
DE ILLUSTRIORIBUS A-
LIQVOT QVÆSTIONIBUS VOCATIONIS & DIMISSIONIS ECCLESIASTICÆ, DECADE
comprehensis.

THE SIS I.



Esequens legitimæ & divinae vocationi, & breviem Academica hac statione ad vicinarum Ecclesiarum Priorum &c. migraturi, placuisse valedictionis loco illustriores aliquot quæsiones de Vocatione & dimissione Ecclesiastica ad placidam & amicam collationem proponere.

2. Ut verò rem cum ratione suscipiamus: Finiemus Vocationem esse ritum à DEo institutum, quo persona idonea vocatur ad docendum purè Verbum DEI, & ad dispensanda sacra sanctora sacramenta.

3. Estq; vel mediata, vel immediata.

4. Mediata est, quando DEus per Ecclesia ministerium & vocem vocat.

5. Immediata est, quâ DEM ad docendam verbum vocat homines, vel per visionem, vel per præsens colloquium.

6. His præmissis ad controversas quæsiones accedimus, ex Quæstionis ordine à genere sumentes. Ubi quaritur, An vocatio Ecclesiastica sit ex talib; à dia Phōgōv?

7. Negamus nos contraria forem τῷ αὐτοῦ λόγῳ. 1. Quia discipulis apostolorum fuit necessaria: 2. Quia Ecclesiastes vocans ut Aaron. Heb. 5, 4. 3. Quia docentem certum reddit DEM velle nisi suā opera, & per suum ministerium efficacem

A 2

fore

fore. Es. 49, 2. 1. Tim. 4, 14. 4. Quia ipse Christus populares suos Nazarethanos de ministerij sui certitudine edocuitur, à suè vocatione orditur Luca 4, 18. 5. Quamobrem & omnes Prophetæ & Apostoli, ad majorem auctoritatem sibi apud auditores comparandam, semper præmittunt vocationis sue certitudinem. 6. Quia vocatio ad munera politica non est à diápho: Ergò multo minus ad Ecclesiastica. 7. Multi errores fanatici se intruderent, si audireximus, esset vocatio. 8. Si tantum illi audiendi sunt, qui sunt à Deo misi, vocatio certè est necessaria. At illud verum Jer. 27, 14. Ubi ait Dominus, nolite audire verba istorum, quia non misi eos: & ipsi prophetant falsa in nomine meo. Item Jer. 23, 21. Rom. 10, 15. Ergo

8. Non moramur hic obloquutores Anabaptistas garrientes: Apostolus 1. Cor. 16, 15. Stephanam familiam commendat, quem ordinariit seipsum in diaconiam sanctorum. E. Vocatus & non vocatus prædicare possunt: & per consequens vocatio est à diápho:

9. Primum enim diaconias vox hoc loco non tam officium docendi, quam istiusmodi functionem Ecclesiasticam denotat, quam pauperum aliarumq; rerum ad Ecclesia commodum pertinentium cura agitur, quam qui hodiè habent, dicuntur Jurati Ecclesia: olim diaconi: & hanc significationem hujus loci esse existimamus.

10. Deinde ordinationū vocem ex isto Pauli loco, qui est 1. Tim 3, 1. interpretamur. Qui Episcopatum desiderat, hoc est operas suas Ecclesia sponte & ultrò offert, bonum opus desiderat. Unde dicimus Stephanam cum domo suâ se ultro obtulisse ad docendi ministerium Divo Apostolo ac Ecclesia, & laboriosam atq; molestum illud vita genere degisse: quod homini pio & ad ministerium idoneo licitum est, jure vocandi interim relicto, cui debetur.

11. Deniq; notari hic in primis volumus & illud, loqui nos de propriissima vocatione, qua certis hominibus potest statim concedit

cle

cedit publicè docendi populum ex verbo DEi, & rite dispensandi
dominica Sacra menta.

12. Ab hac quæstione transitum facimus ad locum causa-
sum, ex quo duo potissimum in controversiam veniunt. Primo,
Penes quos nimirum sit Jus vocandi, seu per quos tanquam
per media DEus hodiè eligere & vocare velit Ecclesiasten.
Vbi nostra schola, Toti Ecclesia, omnibusq; in ea ordinibus; Eccle-
siastico nimirum, Politico, & plebeio jus illud competere docent.

13. Ad hanc autem controversiam rective expediendam,
duo sunt expendenda: prius est: Toti Ecclesia Jus ministros
Ecclesia eligendi & vocandi commune esse. Deinde causa con-
sideranda, cur nulli ordini soli, jus vocandi permittatur.

14. Ad Totam Ecclesiam jus illud pertinere, & auctorita-
te scripturarum, & ratione probamus.

15. Auctoritates & exempla sunt non pauca: è quibus
hac tria hic opponimus. Act. 1, 23. Mattheus totius Ecclesie con-
sensu eligitur & renunciatur apostolus. Eodem modo presbyteria
Ecclesiarum Antiochenæ, Lystrensis & Iconiensis constituantur.
Act. 14, 22. Deniq; Ecclesia Corinthiaca jus illud concedit Paulu-
m, inquisens. Quos probaveritis per Epistolam, eos mittam.
1. Corin. 16, 3.

16. His accedit ratio: Quod omnes concernit, ab o-
mnibus fieri debet, & qui omnibus præfuturus est, in ejus electione
omnes ut consentiant, valde est conveniens.

17. Taceo veteris Ecclesie consuetudinem, de qua multi
extant Canones aquid Gratianum distinet. 23. 24, 62 63. Idemq;
comprobant exempla Ambrosij, Euodij successoris Augustini, &
aliorum: de quibus videatur Socrates lib. 4 cap. 25. Theodor.
lib. 4. cap. 6. Sozomen. lib. 6. cap. 24. Augustin. Ep. 110.

18. Et si itaq; Magistratus, tempore quidem apostolorum,
quippe adhuc Ethnicismo addicti, in Electione & vocatione mini-
strorum Ecclesia partes nulla fuerint succedentiam tempore,

A. 3

fidei

fidem Christianam amplectendo, inter Ecclesie membra, locum,
¶ quidem non postremum obtinuit: atq; sic non tantum generali
hac ratione, ut membrum Ecclesiae, sed etiam modo hoc speciali,
quia debet esse ejusdem nutritius, & custos utriusq; tabulae, ad
Electiōnē & vocationē hanc perunet, & jure meritissimo ve-
rum suum consert.

19. Accedimus ad causas, cur unus ordo solus Ius voca-
tionis sibi arrogare nec possit nec debeat.

20. Soli populo, id ius concedendum non est: quia ple-
rumq; sensu & affectu, non ratione ducitur: affectus autem sapè
etiam cauissimos transversum rapit. Quin & tot vulgaris ple-
becula capita, in sensum unum vix ac ne vix quidem cogi pos-
sunt.

21. Nec soli magistratui id ius competit. Magistratus enim
non est tota Ecclesia, sed tantum ejus pars: nec subditorum con-
scientijs, obtrudendo Ecclesijs invitū pastores, dominari debet;
cum non sit Dominus, sed nutritius Ecclesia. Isa. 49. 23. Sapè
autem invasuri essent Ecclesijs vel inepti vel seductores, si citra
& contra subditorum consensum Magistratus id facere attentaret:
cum non raro eveniat, ut magistratus, nescio an pie, sentiant, ius
esse in armis.

22. Deniq; nec soli clero Electio debetur: 1. Quia nec ipse
Apostoli sibi solis ius illud sumfere, sed Ecclesia suffragia petivere
& collegere: ut suprà probatum est. 2. Quia in ministerijs iam
constituti, non sunt Domini Ecclesia, sed ministri tantum, operarij
& speculatores. 2. Cor. 3, 24. Ezech. 33, 2. Unde & Concilio
Carthaginensi 4. cap. 22. cantum esse legimus, ne solus Episcopu
aut solus Presbyter eligat.

23. Summa ergo huc reddit: Quod omnis eligendi & ve-
randi potestas penes totā sit Ecclesiā, cum hoc tamen convenien-
ti ordine, ut Presbyterio judiciū, magistratui seu Patronis arbitri-
um, populo suffragium relinquatur: quem morem & Illustriſſi-
morū

morum principum nostrorum Megapolensis revisa constutio Ecclesiastica pag. 124. approbat, & servandum praecepit.

24. Omni autem studio cavendum est, ne quipiam iniurias obirudatur vel ingeratur: Praterquam enim quod ita intrusus semper de vocatione sua habitate & dubius esse cogitur, & vix unquam hilari animo & conscientia liberâ officium facere, & deflectentes severitate debita castigare potest; ministerij etiam contemptus, suspiciones prava, & nescio quid non, in auditorum animu inde enascitur, unde ministerium vilescere, ejusq; efficacia indies magis magisque incipit decrescere.

25. In quam sententiam Gregorius Magnus Epist. 87. & 90. scribit. Legitimum pastorem eum non esse, qui gregi non assentiens datur: Eandemq; ob causam patres Synodi Universalis Constantinopolitana, Nectarium sine totius Cleri & populi approbatione, ordinare noluerunt.

26. Caterum antequam ad quaestionem aliam progediamur, limitationibus quibusdam hic nobis cavere volumus.

27. Primum enim quod de totius Ecclesia, qua pastorena desiderat, consensu dicimus, non ita intellectum volumus, quasi in ministro alicuius defectu, singulorum membrorum Ecclesiae etiam de infima plebe consensus requirendus sit: id enim ut longe foret difficultatum, ita turbis ac impedimentis non caritatum quicunq; videt: Sed sufficere arbitramur expressum consensum cum cleri, cum magistratus, deniq; optimatum e populo: quos hodie seniores, juratos, vel etiam quibusdam in locis diaconos appellant: quorum iudicio reliqua Ecclesia jus & votum suum commisit.

28. Deniq; et si praxis Apostolica ac succendentis Ecclesia ostendit ordinem jam dictum in Vocatione sancte servatum: quia tamen subsequentibus temporibus eundem vel promiscue usurpatum, vel mutatum esse videmus: ita ut vel soli presbyterio, vel sibi Magistratu, ius illud delatum sit, id, si horum ordinum

Ipsi etatis

Speciosa integritas, fides, pietas, & in orthodoxam doctrinam
constantia, non improbandum esse statuimus: idq; maximè si jure
suo non abuantur, nec ineptos vel seductores pastores Ecclesijs
obtrudant. Committitur enim aliena fidei, non amittitur ius, cui
quis volens ad tempus renunciat. Neq; juris hujus abdicatio vel
renunciatio expresso vel tacito consensu facta, in præjudicium aut
prescriptionem juris, ordinis inferioris verti debet.

Quæstio
Tertia.

29. Pergimus ad alteram in loco caussarum quæsitionem:
An mediata vocatio per Ecclesiam facta, recte dicatur di-
vina, seu à DEO esse profecta? Affirmativam probamus.
1. Quia Paulus Ecclesiae Ephesinae antistites & presbyteros per ho-
mines institutos, ab ipso Spiritu S. præpositos esse gregi suo pronun-
ciat. Act. 20, 28. 2. Quia de se ipso & Timoth. mediate vocato scri-
bit, nomine Christi legatione fungimur, tanquā D'eo obsecrante per
nos. 2. Cor. 5, 20. Et deniq; quia tam de mediate quam imme-
diatè vocatis ait, Christum post ascensum suum ad cælos, de-
disse Apostolos, Prophetas, Evangelistas, Pastores ac Doctores.
Ephes. 4, 11.

Quæstio
Quarta.

30. Hūs duabus tertiam adiçimus quæsitionem. An aliquis
salvâ conscientiâ operas suas Ecclesie offerre queat? Tue-
musr itidem affirmantem sententiam, sed cum cautissimis tempe-
ramentis & conditionibus. Videndum enim est, 1. ut manus vel
locus quem quis ambit, sit vacuus, ne ejuscat eum, quem Jehova
~~deficeret~~ per Ecclesiam constituerat pastorem. 2. Ne ~~deficeret~~ munus, ex quo
magistratus ejecit Ecclesiasten, non ob vita turpitudinem, non ob
verbi divini depravationem, non ob Sacramentorum corruptio-
nem; sed vel propter liberiores reprehensiones tum fanaticorum,
tum delictorum in quotidiana vita à magistratu vel primoribus
alijs commissorum. Ne ergo aut cogaris ad placitum dicere & ca-
nus mutus esse, & conscientiam tuam silentio ladere; aut candens
fortuna aleam experiris praefat munus hoc pacto profanatum non
desiderare. 3. Ne DEL in primis gloriam, ecclesia adficio-
nem &

new & incrementum, suasq; vires ac dona consideret; non sua
critis delitiosas voluptates: sic enim carret antequam militiar.
Deniq; evocatio divina negotium totum pjs precibus commit-
tet, nec aureis artibus Vocationem extorqueat, & emendicet.

31. His observatis cautelis honeste, pie, & laudabiliter quis
munus Episcopale ambire potest: id enim faciens bonum opus de-
siderat: & talentum concredidum recte collocat.

32. Hic non intempestivè queritur, quid de Exspecta-
tivis, quae vocant, cum nondum vacante loco. Vivis ad-
huc pastoribus, successionum diplomata à patronis impe-
terantur, statuendum sit? Nos eas non tantum rectissimè à Boni-
facio s. Cap. Ne captanda; de concess. prabenda, in sexto: Con-
cilio item Tridentino sess. 24. c. 19. (licet horum decretis, que nec
ipsi servant, non teneamur) damnatos afferimus: sed etiam legi
natura, immo bonis moribus contrarios esse censemus. Quid enim
surpius quam mortem alterius exspectare? Quid? quod talis ex-
spectans vix ac ne vix quidem de vocatione legitima certus esse
illig, in temptationibus incumbere potest: cum dubium sit nullum,
quin hoc pacto Ecclesis sua in electione libertas adimatur, judi-
cium presbyterij negligatur, & sapissimè personaminus idonea ma-
gis idonea preferatur.

33. Quod si tamen contingat, ut pastori seni & emerito ad-
jungatur aliquis, qui spe successioni laborum partem in se recipi-
at, tantum abest ut lege aliqua facere prohibeamur, ut etiam an-
tiquitatis exemplo id licere statnamus.

34. A causa efficiente transimus ad propria, ex quibus in Questio
Sexta præsentiarum unum duxi, movebimus dubium. Possitnè a-
liquis salvâ conscientia legitimè vocatus, reicta una Eccle-
sia transire ad aliam?

35. Licere id arbitramur. 1. Si adsit legitima vocatio. 2. Si
vocatus non possit sufficienter sacrarum literarum lectioni ac me-
ditationi vacare, vel propter stipendiū exilitatem, vel propter an-

B

gustiam

gustiam rei familiaris, quâ pressus horas studijs destinandas agricultura vel cura œconomica tribuere cogitur: vel propter negotiorum quotidianorum multitudinem, quibus occupatus opus amini agit negligenter. 3. Si statuat se alibi locorum majore cum fructu Ecclesia DEI inservire posse; 4. Si tempore persecutionis se specialiter peti videat. 5. Et deniq; si bona cum gratia ab Ecclesia dimissionem impetrare possit.

36. Rationes hujus assertionis adducimus hasce. 1. Quia nusquam migrationes hujusmodi personarum Ecclesiasticarum simpliciter prohibitas esse in Scriptura sacra legimus: Sed contrarium potius innuere videtur Iehova ad Jeremiam inquiens, Ad quacunq; te misero, ibi. Jer. 1. 7. 2. Quia Titum & Corinthiacas & Cretensium Ecclesiarum antistitem ac ministrum diversis temporibus fuisse constet. 2. Cor. 12, 17. Tit. 1 s. 3. Quia tempore persecutionis specialis Christus fugam & loci mutationem mandat. Matth. 10, 23. eaq; in re Paulus & Barnabas exemplo nobis esse possunt. Act. 13, 46, si. Deniq; praxis & historia Ecclesiastica patrum testatur, vix unum atq; alterum reperiri, qui uni solum Ecclesie per omnem suam vitam ita inservierit, ut non ad aliam quoq; vocatus transferit: ut latius alib; ova &c ostendetur.

37. Non verò licere id existimamus. 1. Si quis majus lucrum & divitias, aut honorem etiam privatum appetat. 2. Si ex vacante Ecclesia fidelis pastor non ob turpitudinem vel doctrina vel vita fuerit ejectus, sed ob Zelum, quo flagravit in reprehendendis auditorum delictis. 3. Si commune aliquod periculum universo corpori Ecclesia vel à falsis doctoribus, vel aliundè immineat: tum enim centies mori aliaeve pericula subire præstat, quam oviculas mercenariorum instar desereres & schismatico forsitan doctori locum dare. Unde Lutherus dicere solitus fuit, se cum Iuda in inferno conflagrare malle, quam locum præbere alicui corruptelista. Et deniq; si animadverterit, se non ingratum habet

1114

nre suis auditoribus fuisse, nec sine fructu in Vt in a Domini labo-
rassē. Hoc enim casu se suaḡ commoda postponere convenit,
quād auditorum querelis & lachrymis se suam̄ conscientiam
gravare.

38. Procedimus ad questionem ex divisione natam. An Lutheri vocatio fuerit mediata vel immediata?

Quæstio
Septima.

39. Pro immediata ejus vocatione, sequentes Hypotheses
præmittimus. 1. Immediata vocatio est à solo Deo, non per ho-
minem, facta vel per visionem, vel per præsens colloquium.
2 Confirmatur per singulares, excellentes, Heroicas & divinas
virtutes: ut sunt Zelus in propaganda doctrina sacra ardentissi-
mus: pectus in eadem afferenda intrepidum: magnanima in fe-
rendis malis constantia, deniq̄ singulariter felix laborum successus.
3. Non semper immediata vocatio illustratur miraculis: quia
Nahumi, Abdie, Johannis baptista ministerium, nullum con-
junctum habuit miraculum. 4. Nec omni tempore usurpatur à
D E O, sed tunc cum vinea domini aliqua imminet calamitas:
Sic Elias Achabi tempore, alijq̄ sancti missi sunt.

40. Ex hisce jam subsumimus. Lutherus in depravatissi-
mis temporibus, & summo cœlestis veritatis periculo, ob nugarum
papistiarum tenebras plus quād Cimmerias & palpabiles fuit à
Deo excitatus: idemq̄ opus reformationis magno spiritu aggressus,
Romanum Antichristum non tantum detexit, sed eundem etiam
deviciit fælicissime.

41. Concludimus ergo, hactenus Lutherum immediate vo-
catum à Deo, ut à sordibus & inquinamentis papisticiis cœlestem
doctrinam repurgaret.

42. Quando verò volente & urgente Illustrissimo Electore
Saxonia, Doctor Theologia publicè renunciatus, & ad ministe-
rium docendi & administrandi Sacra menta in Ecclesia & Aca-
demia Wittenbergensi est vocatus: Vocationem ejus mediatam &
ordinariam fuisse asserimus.

B 2

Hijce

43. Hisce positus non dubitamus affeverare, Lutheri vocationem ex immediata ac mediata mixtam esse. Virtutes enim in ipso plane cœlestes, Divina & extraordinaria fueres laborum itidem mirificè felix successus & benedictio, & quos homines nemo armorum potentia expugnare poterat, hos gladio oris & solo verbo, potentiag_z divini spiritu, Deo benedicente, domuit Lutherus, qua omnia extraordinaria & singularia in Luther_z fuerunt. Vocationis vero primava origo mediata & communis censenda est.

• Etava
Questio.

44. His missis, octauo quaritur. An recte fiat quod & hic & alibi in defunctorum pastorum loca præter filios, si qui sint, aut eos qui defunctorum viduam vel filiam, uxorem ducunt, haud facilè admittantur? Evidem si filius aut procuus filia aut vidua defuncti, donis ad docendum necessarijs sit instructus, & Ecclesia liberum in Electione relinquatur judicium, improbandum hunc morem vel lege charitatis Christiana moti, qua jubet benè de Ecclesia meritorum rationem etiam in posteris haberi, haud censemus: idq_z maximè cum ministrorum Ecclesia stipendia ita plerumq_z sint accisa, ut suis paupertatem & miseriam de patrimonio & hereditate relinquant: & hactenius consuetudinem hanc verbo etiam Dei Ezech. 44, 21. consentaneum esse arbitramur.

40

45. Quod si verò successionis & hereditario jure, defunctorum liberi sibi parochias vendicare velint, & in constituendis pastoribus, major viduarum & filiarum, quam Ecclesia ratio habeatur: id ut Ecclesijs detimento sum, ac legitima vocationi è diametro contrarium serio improbamus.

46. Ut ad finem properemus, ex oppositorum classe usnam alteramq_z quasitunculam ad hoc ventilabimus.

Nota
Questio.

47. Primum itaq_z queritur. Quibus de causis liceat dimittere ministrum Ecclesiasticum? Rsp. Causa dimissionis legitima ex fine officij Ecclesiastici petenda sunt. Hic verò duplex est, docere nimirum, ac Sacramenta rite & legitime administrare.

Doce-

48. Docere iterum duplex: consistit namq; vel in instruendo, vel honestè & inculpatè vivendo, ut Ecclesiastes alijs exemplo sit, nec reprehensoribus exponatur iudicio. 1. Tim. 1. seqq. Tit. 1, 6. & seqq.

49. Si ergò quis turpiter vivit, nec corrigat mores admonitus: deponatur: Si Sacra menta illegitimè dispensarit, exaudietur: si corruptè & hæreticè doceat: iisdem dimittatur. Osea 4, 6.

50. Plures fingere causas & casus non licet. Etsi enim his depravatis moribus & seculis multi interdum dimittuntur, ob Zelum in arguendis pontificijs, vel nominandis Calvinianis, & reformationibus eorundem intempestivis improbandis: ob constantiam item in conservando & afferendo deposito verbi divini, Lutheri opera à fermento papistico repurgato: & deniq; ob cœbriores & vehementiores malitia hujus mundi reprehensiones: tamen quam rectè & sanctè id fiat, audiemus in magnis istis mundi comitijs, ubi nulli malo erit impunè. Si corripi nolis, peccare noli: si sapè corrigi nolis; sapè delinquere noli.

51. Ex hac quæstione ultima enascitur. A quibus Ecclesiastes dimitti debeat? Respondeo, ab ijsdem, à quibus erat vocatus: nimisrum à tota Ecclesia: si fuerint causa quas recensuum, sive ex ijs duntaxat ea, qua ad depositionem sufficit. Contrariorum enim eadem est ratio. Multa namq; incommoda sequentur, si ab uno ordine Ecclesia, Ecclesiastes dimitti posset & deberet. Si enim unus ordo seu status vel leviusculè offenderetur ab Ecclesiaste, haud dubie actutum officio abdicaretur.

Quæst.
Decima.

52. Probamus itaq; receptam in Ecclesijs orthodoxis consuetudinem, quâ controversia de dimittendis ministris Ecclesiae, ad consistoria Ecclesiastica remittuntur, ubi partim Theologi, partim politici totius Ecclesiae nomine de causis hisce cognoscunt: ante ejus dijudicationem, nemini etiam patronorum fâs sit ministrum dimittere: ut latius docet constitutio Superintendentum hujus du-

B 3

carne

stettiget. etc. Executionem verò dimissionis, soli magistratus uen-
dicamus in solidum.

53. Argumetu hac meta & finis sit officij nostri scholastici, in quo
qua à nobis rectè & salutariter facta sunt, divina in solidum ascri-
bimus gratia: qua verò vel omissa, vel minus rectè facta, tenui-
tati & imbecillitati nostrae, quam lubentes agnoscimus, imputari
perimus: Deumque ardenter votis rogamus, ut vinea sua huic in
locus de fidis operarijs porrò prospiciat, nosque in veritate verbi sui
conservet, faciatque ea de ore nostro procedere, qua sint coram ipso
principaliter grata, & sic siant fidelibus cunctis accepta. Ipsi sole
sit laus, honor & gloria per infinita seculorum secula! Amen.

COROLLARIA.

1. An ordo Ecclesiasticarum personarum constitutus Sacra-
mentum?
2. An Electio ministrorum Ecclesiae hodiè sorti committen-
da sit?
3. An gradus in ministerio ferri & tolerari possint?
4. Ordinationis Ecclesiasticae seu impositionis manuum ri-
tus an sit de Ministerij essentia: hoc est, an sit indifferens, an ve-
ro necessarius?
5. An quispiam in papatu ordinatus, & ad orthodoxam fi-
dem conversus, de novo ordinationis ritu inaugrandus sit?
6. An Ministerium Ecclesiasticum juvenibus committen-
dum sit?




48. Docere iterum duplex: consistit namque
tuendo, vel honeste & inculpatè vivendo, ut Eco
exempli sit, nec reprehensoribus exponatur ludibri
i. seqq. Tit. 1, 6. & seqq.

49. Si ergo quis turpiter vivit, nec corrigat
nitus: deponatur: Si Sacra menta illegitimè dispen
saretur: si corrupte & hereticè doceat: iudic
Osea 4, 6.

50. Plures fingere caussas & casus non licet,
depravatis moribus & seculis multi interdum dimit
lum in arguendis pontificijs, vel nominandis Calvinis
mationibus eorundem intempestivis improbandis: o
item in conservando & afferendo deposito verbi divini
& fermento papistico repurgato: & denique ob crebriore
tiores malitia hujus mundi reprehensiones: tamen
sancte id fiat, audierimus in magnis istis mundi com
malo erit impunè. Si corripi nolis, peccare noli:
nolis; sapè delinquere noli.

51. Ex hac quæstione ultima enascitur. A
Ecclesiastes dimitti debeat? Respondeo, ab ijsdem, à qu
tw: nimisrum à tota Ecclesia: si fuerint caussa quo
sive ex ijs duntaxat ea, qua ad depositionem suffi
cium enim eadem est ratio. Multa namque incommode
si ab uno ordine Ecclesia, Ecclesiastes dimitti posset
enim unus ordo seu status vel leviusculè offendere
aste, haud dubiè actutum officio abdicaretur.

52. Probamus itaque receptam in Ecclesijs
suetudinem, quâ controversia de dimittendis mini
consistoriis Ecclesiastica remittuntur, ubi partim
politi i. totius Ecclesia nomine de causis hisce co
ejuis dijudicationem, nemini etiam patronorum
dimittere: ut latius docet constitucio Superintende
B 3



Quæstio
Decima